



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Caput VII. De peccato contra naturam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



Quando vero per alium quis scienter rapit, verus raptor est, incurritque omnes Decreti pœ-

À a 4 dispergitur



dispergitur semen: At intra vas naturale foemina, non item. Quid in masculis, dicam *mox*. § 3. *num. 3.* & addam § 4. *num. 4.* vtilissimam praxim pro hac re.

5. Si qui se polluant manibus alterius viri, vel foeminae, vel suis alium quis polluat; debet id explicare, propter cooperationem cum alterius peccato.

Imò, si tu tuis manibus polluas vxoratum, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare, quia cooperaris ad adulterium, vel sacrilegium, juxta ea, quae dixi in *Methodo* l. 2. c. 1. § 17. de *scandalo*, n. 100.

Quod si te suis manibus alius polluat; parum refert pro tuo peccato contra Castitatem, quod ille fecit Vir, vel Foemina, vel Sacerdos: ex eodem *Fillibidem*, tunc enim (si aliud non additur) se habent illae manus, ut merum instrumentum: & solum adest cooperatio cum alterius te polluentis peccato, vt dictum est lib. 1. *met. conf.* § 10. *num. 69.*

Nota illud (Quod si te, &c. (Nam in Editionibus praecedentibus erat (At si; quae fuit fortasse occasio, cur Diana p. 9. *tract. 9. resol. 65.* putaverit, me hic sequi sententiam Llamas, sentientis non opus esse explicare in Confessione, an manus te polluentis sint Sacerdotis, vel Laici, quam latè defendit Caramuel in *Reg. S. Ben. à num. 987.* cum tamen te vera non sequar, vt patebit nàviter consideranti, loca, ad quae me refero in *hoc num. 5.* & latius ego ostendi in *disput. de hac re*, quam Romanus misit, vt eam Amici eidem Patri Dianae de Theologia Morali profectò benemerentissimo, peramicè communicarent. Dixi (ad quae me refero in *hoc num. 5.*) Nam, an ex Doctrina Thom. Sanchez, quam tradidi in *Methodo*, lib. 2. cap. 7. § 5. *num. 33.* quàmque nuper exscripsi cap. 2. § 1. *num. 5.* confirmari possit sententia Llamas, neque in *Methodo* censui, neque hic censco disputandum.

De mollietate sacrilega, dixi c. 2. § 1. *num. 7.*

De mollietate virginis, dixi c. 5. § 1. *num. 3.*

De mollietate vxorati, dixi c. 3. § 1. *num. 3.*

De comedente calida, vt polluat in somno, dixi in *Methodo Confessionis*, lib. 2. c. 6. § 2. *num. 7.*

De incipiente copulam, & resiliente semineque dispergente, dixi c. 1. § 1. *num. 10.*

#### §. II. Additio.

1. Triplex solet distingui pollutio. Primo, quae voluntarie fit, homine consentiente, quaeque proprie vocatur Mollietates Secunda, Nocturna quae accidit in somno. Tertia, Diurna, quae accidit in vigilia sine consensu polluti. De singulis aliqua separatim.

#### Pollutio vigilantis voluntaria.

2. De pollutione vigilantis voluntaria in se (nam in causa diximus *supra*, c. 3. § 5. à n. 48. & aliquid *mox*, § 12. tangemus.) Nota primò, Contactum, motumque impudicum virilium in pueris (idem in puellis, & qui non possunt per ætatem seminare, esse peccatum mortale; est enim ex se pravus affectus ad pollutionem. Non dubito autem, hanc differe specie à vera pollutione, per quam feminatur. Ita *Graff. lib. 2. c. 88. num. 3. & seqq.* Hæc enim rãndem reduci ad tactum impudicum; illa est dispositio seminis contra generationem. Hinc ergo fit, ut in confessione debeat speciatim explicari, nisi obstat regula universalis *mox* afferenda § 4. *n. 4.*

3. Nota secundo, An Confessarius debeat negare absolutionem juveni sapius se polluenti? Respondeo, esse distinguendum: si enim ex occasione, v.g. aspectus, vel colloquutionis foeminae ejusmodi frequentia accadat, debet prius Confessarius præcipere, ut adolescens tolerat occasionem, modo satis à nobis dicto in *Met. conf. lib. 3. c. 3.* lege item Bon. de *matr. g. 2. p. 14. num. 14.* At si frequentia accadat ex nulla extrinseca ejusmodi occasione; tunc poterit majori facilitate absolvere, vel differe absolutionem, juxta consueta remedia con-

tra reciduos, vt *ibidem* à nobis dictum est.

4. Nota tertio, Quid dicendum, quando semen corruptum, ita vt venephas affectiones pariat in patiente, licetbime pollutio? hoc est, licetbime illud semen expellere per medicamenta directè tendentia ad illud expellendum, vel etiam in mulieribus per conficationibus partium verendum, & per intromissionem dignitatis, usque ad os vteri, illud provocare?

Respondeo. Si semen peccet in quantitate, non licet expellere, quia tunc est verum semen, quod nullo modo potest consultò effundi; nec potest medicamentis, quod nullum alium effectum habeat, nisi semen expellere, effusio procurari. Ita Turr. apud Dian. p. 4. t. 4. *resol. 10.* At si peccet in qualitate certò ex Medicorum relatione, vel saltem probabiliter (nam sequi quisque potest, quod probabile est) licet docet Sanchez lib. 9. de *matr. g. 2. p. 17. num. 19.* in *Edizione Veneta* Quae doctrina adeò in *hypothesis* est aequibus improbabilis, vt fuerit deleta in *Edizione Lugdunensi* anni 1621. Illam tamen eferibit, & exponebat novissimè Tancredi lib. 9. de *matr. d. 17. quæst. 3.* contra *Textedam*.

5. Et quidem multæ multa congerunt, Verum si Sanchez doctrina fuisse ad ejus sensum intellecta, totæ quæstiones de ejus veritate non fuissent subornatæ; enim cum intelligas, quasi dicat licet mulierem, vel virum semen provocare posse, ne hodie, cras, petidit, si fuerit illas venenosas affectiones ex semine retento perveniendas; male illum intelligis, quia id nunquam est semper ejus oppositum docuit; cum enim nunc semen corruptum non supponatur, non est vnde expelli, vel vnde possit dici de eo statuer Sanchez solum statuit de corrupto. Si verò cum intelligas, dicat, dum actu semen illud est corruptum, & dum generat symptomata furiosa, ita vt actu patiens sit extra sensum; tunc licet posse provocari medicamentis, & conficationibus ab experto Medico tabulis vt venenosum illud corruptum semen expellatur: actum intelligis, nam hunc solum casum concedit Sanchez *loc. cit.* non alium. Audi ejus verba: *Cir. ergo non loquitur de pravam qualitatem, in quam semen transit, sed de eo, quod in hoc casu procul abest quodvis consensus prioris ac delectationis; quoniam famula symptoma illud patiens est tunc temporis sensus, ac mentis imposit.* Hæc illi Sanchez.

6. Notas, semper supponi debet, vt concessio sit citra, patientem sensibus carere? Notas illud? (nam quælingent, in quam semen transit?) Notas illud? (nam temporis?) Aliter igitur, distinctione omnino opus est. Nam aliud est, si loquamur de medicamentis; aliud, de tactibus, & conficationibus. Quamvis enim in patiente habitualiter ejusmodi morbum licet possit concedi *ibid.* Tancredi) adhiberi medicamenta directè provocantia prædictum semen, etiam ante illa symptomata; quia medicamenta remotè semen provocant, & sine tanto periculo eliciendi ejusmodi delationes: tamen conficationibus, & tactibus partium verendum nunquam potest. Ratio discriminis *mox* afferetur: posse autem conficationibus in vno casu, docet Sanchez: quando in vno actu symptomata insurgunt, vt ea patiens sine sensu sit; quod certatissimum erit, & cujus ratio eodem *num. 8.* clarior apparebit.

7. Virges: Fac illud semen corruptum non fuisse expulsum, & symptomata illa per aliquod tempus (vt accidere solet) cessare, vel illud semen non efficere tantam turbationem in patiente, vt sensus, & mens aborpiatur; id quod etiam sæpe usu venire solet; jam remanebit illud semen corruptum, atque ad illa lues in corpore: ergo poterit provocari, etiam non posita alienatione mentis.

8. Respondeo: Id quod ego hæcenus dixi, est, Sanchez de solo illo casu, præsentè alienatione sensuum, loquutum esse; cæterum in hoc casu, quem nunc virges







peccaret quis mortaliter, si post somnum, sub quo secuta est pollutio, deliberat sibi in ea complacere ob delectationem sensualem: nam si gauderet ob sedatam tentationem, vel ob naturam deoneratam; non esse peccatum colligitur ex modò dictis.

16. Quando autem motus carnis, seu spirituum inventium generationi, & ipsa decisio seminis accidit in somno, sed emissio in vigilia, non est peccatum saltem mortale: tum quia non adest plenum voluntarium requisitum ad mortale; accidit enim emissio in illo confusio somni, & vigilie, quando imperfecta est deliberatio, tum quia difficile est cohibere, ne decus jam semina ex lumbis non emittatur foras: tum denique, quia pollutio magis secundum principium, quam secundum finem iudicanda est: principium autem fuit satis involuntarium, cum fuerit in somno.

17. Quod si partim emissio seminis sit in somno, partim in vigilia; multò minus habebit rationem peccati, posita voluntate in illam non consentiente, ut semper supponitur.

Ex dictis colligit Sanchez, *loc. mox cit. ex* Sà, in eo, qui è somno excutitur, non esse obligationem reprimendi emissionem seminis ejus pollutionis; quæ in somno cepit; & idem propter paritatem rationis diceretur de simili seminis emissionem, pollutionis, quæ involuntariè in vigilia accidit. Placet doctrina, ne scrupulis omnia pateant.

18. Sed unum a me nuper interrogavit quidam probare conscientie Sacerdos; cui, quamvis utrumque respondi, mihi ipsi tamen ( fateor ) non satisfeci. Experiebatur is levissimi somni vir, statim se, concepta pollutione, evigilare perfectissimè, atque effusionis continuationem clarè percipere; quamvis autem illi delectationi nullo modo ipse consensus præberet, sciretque se non obligari ad reprimendum, ac posse fluctuationem humoris permittere: tamen aliud illi continebat, quod scrupuli causa erat molestissimè: Experiebatur enim à motu quodam quasi interiore ipsorum genitalium sub finem pollutionis expelli à se activè non modicam seminis quantitatem; Perinde ( narrabat ) ac evenit ei, qui urinam cùstitit, solet enim is in fine mingendi motu expulso aliquas urinae guttas, quæ remanent, expellere. Addebat, se voluisse cum alio Sacerdote id conferte, qui falsus est sibi idem non raro evenisse: sed se à peccato excusasse, quia semper vigilans illum expulsionis motum exhibebat. Interrogabat ergo à me, an ipse, qui perfectè vigilantem se dignoscebat, posset motu prædicto effusionem adjuvare ad abstergenda, ut ipse loquebatur, seu deoneranda virilia, præsertim si decus semen ibidem fortè remanens suæ sanitati noceret, & denique, quia valde sibi difficile animadvertibat, illum motum non vsurpare.

19. Equidem priùs volui non parvos Authores, vere, quam responderem: cum autem nihil signatè ad rem invenissem, dixi me videre quidem, quanta difficultas sit in polluto perfectè vigilantem, pollutionem, effusionemque jam inceptam non perficere. Verum, cum in Doctoribus solum legerim licentiam non reprimendi, non coercendi, non prohibendi: licentiam verò activè adjuvandi, seu cooperandi disertis verbis eosdem negare, ut perspicue facit Sanchez, me favere illi non posse. Sententia benignior, quam hac in re tum dictus Sanchez de matrim. libr. 9. disput. 17. numer. 16. tum alij amplectuntur, sic à Marchino de ordine, tract. 3. part. 3. cap. 2. numer. 6. refertur: Dum sentitur, ait, humor seminalis effluere in membris genitalibus, non teneris coercere, vel magna cum violentia prohibere, ne fluat: sic pluribus Gerson. Ratio est, quia, vel ille conatus, quem multi consulunt, nihil operatur; vel retento contra impetum natura semine, supra modum gravatur corpus, & multis subicitur infirmitatibus. Ex alia parte, illa seminatio est actu exterior, & effectus naturalis ortus absque mea voluntate: At actus

exterior sine interiore, nunquam est peccatum. Hæc Notæ illa verba ( non teneris coercere, prohibere, nec nunquam lego ) potest adjuvare, expellere, Te tamen ut effundis, bene morate Sacerdos, oro, ut animadvertas, An saltem te excusare possis ex eo capite, quod in delectationem committitur Doctores, delectationem peccatum accit. luxuriæ mentem hominis miris modis obfuscare, & per lam in eo momento effusionis seminis, quasi bellum per millem reddere. Si ergo tu, partim ex somni reliquiis partim ex delectatione: quam sentis, tui perfectè reus non pos non es; peccati saltem mortali reus non es. Verum, ille adhuc testabatur se perfectissimè vigilare, se non esse scrupulosum, se non esse alius peccati reum, ut vigiliam perfectam à semivigilia non differat, cerneret; & idè non ex aliis adjunctis, sed ex semina obiecto, & prædicta nimirum expulsiōe, calum prædicat cerni, modeste postulare. Hæc cum illo Sanchez habui. Cæterum rem expende, ingeniose Lector, & decerne.

#### Pollutio vigilantis involuntaria.

20. Hæc, ut etiam distillatio, & commotio spirituum generationi in servientium, quoad solutos quoad conjugatos diximus supra, c. 3. §. 5. à numer. 15. tum solum sunt in se mortales, quando adest delectatio, complacencia in illis, ob corpoream voluptatem, tum verò ob aliquem bonum finem, ut in simili dictum est numer. 15. In causa verò, ut quandònam sint mortales, agnoscas præriter repeto, quæ superius ibid. satis hinc sunt explicata.

21. Pollutio, distillatio, commotio potest in vigilante oriri ex causis non peccaminosis: quæ nimirum oriuntur ex complexione particulari, vel quod ex infirmitate, ut in iis, qui patiuntur fluxum lunaris, & qui facillimè levi quacunque occasione distillationem, seu carnis commotionem sentiunt, vel quod ex causis extrinsecis bonis, vel ex se non malis, sicut lectio, vel auditione turpium ad scientiam comparandam, equitatu, contactu, & cæteris huiusmodi, quando hæc sunt necessaria, vel utilia, vel commoda his omnibus, si voluntas deliberatè non consentiat, est culpa, quia hi sunt actus naturales, imò, si qui patienter hos ferat, materiam habet magni meriti propriæ humilitatem. Ita Tol. 7. c.

22. Potest secundò eadem pollutio, distillatio, commotio in vigilante oriri ex causa mortali in genere luxurie, & tunc eam causam ponere, assert novum peccatum mortale pollutionis, distillationis, &c.

23. Potest tertio, ex causa veniali, & tunc assert novum veniale, &c. quæ satis abundè dicta sunt supra, cap. 3. §. 5. à numer. 46.

#### §. III. Sodomia perfecta.

1. In Methodo Conf. lib. 2. cap. 7. §. 10. numer. 67. sic habes: Sodomia, & quidem perfecta, est concubitus ad sexum non debitum, ut vir cum viro, femina cum femina. Ita S. Thom. 2. 2. quæst. 52. art. 11. Caiet. ibid. nam concubitus viri cum femina in vase præpolluto, est sodomia imperfecta, de qua mox. Concubitus autem, est copula carnalis consummata; naturalis, si sit in vase debito: in naturalis si sit in loco, seu vase non debito.

2. Sed hæc est quæstio, quandònam mutua procreatio pollutionis inter Mares, vel inter feminas, debeat dici mollities, quando Sodomia?

Respondeo, quando ex affectu ad personam addit Concubitus, si sit inter indebitum sexum, hoc est, inter virum & virum, feminam & feminam: tunc est Sodomia. Quando verò est mutua pollutio, & absque concubitu, sed solum ad explendam libidinem, est Mollities. Ita Caiet. ibid.

3. Hinc si duo Mares commisceant corpora, & moveantur



ad procurandam pollutionem, vel quomodo  
tangant impudice ex affectu indebiti sexus  
effusio seminis vel sit intra vas praeposterum, vel  
extra, puta esse sodomiam. Ita P. Antonius Mar-  
tini Lector casuum in Collegio Romano, in manu-  
scriptis. Si sit intra vas, est certum: si vero sit  
extra, probatur, quia quavis tunc non sit copula, ta-  
men per illum concubitus est affectus venereus ad in-  
debitum sexum, qui proprie constituit Sodomiam: nam  
sive intra, sive extra effundatur intra, sive extra, semper  
in loco non suo dispergitur: locus enim praepo-  
sterus videtur materialiter se habere in sodomia, sed for-  
maliter ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet ex con-  
fusione cum affectu ad indebitum sexum. Confirmo: quia  
sodomia cum femina non alio modo committitur, nisi  
per praeposterum concubitus cum effusione seminis, &  
inter illas enim non potest esse copula proprie; sed  
sive femina commisceatur corpora ex affectu solum,  
sive polluat, est, explenda libidinis, est mollicitas: si ex  
affectu ad indebitum sexum, est sodomia.

Scio Graphium cap. 90. num. 1. ex Nau. cap. 2. n. 29.  
Sodomiam ad copulam sodomiticam requiri effusionem se-  
minis intra vas innaturale. Sed mihi haec sententia non  
placeat. Primum, quia ut dicebam, sic inter feminam &  
virum non esset sodomia: Secundum, quia talis concu-  
bitus ex affectu indebiti sexus, cum effusione seminis ex-  
tra vas, non est Mollicitas: quia haec est pollutio ex affe-  
ctu explenda libidinis, ut supra diximus: ergo est sodo-  
mia.

Solum igitur sententia Graphij est vera, quoad  
penam, & reservationem, si quando sodomia est pecca-  
tum reservatum: Penae enim, & reservatio cum sint  
solae, & restringuntur ad sodomiam principalem, & ma-  
jorem notam, & undequaque certam.

Ex his ergo colligitur vir cum viro, vel femi-  
na cum femina peccant per dictam concubitus, satis  
esse in Confessione dicere se exercuisse sodomiam, sine ne-  
cessitate dicendi an semen intra, an extra vas misit. Int.  
Quid dicendum, quando vir praeposterè feminam con-  
cubuit, & semen extra vas dispergit, dicam mox, cum  
de sodomia imperfecta.

Vnum denique hic advertes, in sodomia non satis  
esse dicere sodomiam commisi, sed explicandum insuper,  
an quis fuerit agens, an patiens. Ita de Lug. disp. 16. sect. 1.  
num. 247. Ratio est quia agens committit pollutionem,  
quam patiens non, eo ipso, quod patiens est, com-  
mittit.

De Sodomia cum Affine; vide cap. 4. §. 1. n. 7.  
De Sodomia vxorati, vide cap. 3. §. 1. n. 3. & §. 2. n. 1.  
De Sodomia cum infideli, vide c. 1. §. 1. n. 8.  
De Sodomia cum Virgine, vide c. 5. §. 1. n. 2.

## §. IV. Sodomia imperfecta.

In Methodo conf. lib. 1. c. 7. §. 10. an. 54. sic habes So-  
domiam imperfectam quam alij vocant innaturalem  
concubitus modum, est peccatum contra naturam,  
per quod vir cum femina concubuit extra vas natura-  
le. Est species distincta a sodomia perfecta, adeoque  
speciatim in Confessione exprimenda: perfecta enim pro-  
cedit ex affectu ad indebitum sexum: haec vero procedit,  
non ex affectu ad indebitum sexum, sed licet ad debitum  
tamen ad partem innaturalem.

Sed quid dicendum, si quis se polluat inter ceteras  
partes feminæ, coxendices, brachia, &c. Respondeo: de  
haec re dictum est superius, §. 1. n. 3.

Illud hic sive recole, sive adde. Si primum sit con-  
cubitus ex affectu ad personam ipsam, sexumque  
femininum; est copula fornicaria, sive adulteri-  
na, sive incestuosa, juxta conditionem personæ, at-  
que adeo est aperiendus. Si secundum sit concubitus ex  
affectu ad praeposteras partes, est sodomia imperfecta,  
de qua agimus, ac similiter aperiendus. Si tertio de-

nique sit sine concubitu, sive d. merè ad explendam libidi-  
nem, est mollicitas ex se explicanda.

3. Si quis tamen fateatur absolute, concubuisse se  
cum femina, regulariter intelligitur, fuisse ex affectu ad  
personam primo modo, non vero secundo, vel tertio,  
nisi aliud expresse fateatur. Ratio est, quia intelligitur,  
illum concubitus factum esse more ordinario: mos au-  
tem ordinarius est, ut vir cum femina commisceatur  
ex affectu ad sexum femininum. Unde vides multum dif-  
ferre hunc concubitus viri cum femina, ab eo concu-  
bitu viri cum viro, vel feminae cum femina; ille enim  
est sodomiticus; qui non potest esse ex affectu ad copu-  
lam naturalem: hic non est sodomiticus; quia quando  
vir cum femina miscetur, semper regulariter est ad co-  
pulam naturalem.

4. Hic universaliter pro omnibus peccatis luxuriae  
velim d. genter pernotes: Haec a nobis dicta esse, ad  
dandam veram harum rerum essentiam: Ceterum in  
praxi Confessario expediet, tot minutias nequaquam  
interrogare. Audi Filliuc, in Instruc. brevi pro Confes-  
sario. circa initium: Prudens, inquit, esse Confessarius  
debet in exquirendis causis circumstantiis sexus praeccepti,  
preparatorius ad actum consummatum, modis minutis non  
necessariis, ne se vel penitentem excitet ad aliquam tenta-  
tionem. Audi Conineb. disp. 7. de Sacram. dub. 7. num. 56.  
Praestat aliquando Sacerdotem minus perfecte peccatum  
penitentis intelligere, quam vel illi, vel sibi aliquid scan-  
dali creare, & esse nimium. Audi Angelum, v. Interro-  
gationes, n. 1. Confiteretur, inquit, Mulier, quod fuit cognita  
extra vas debitum: non querat postea Confessarius, in quo  
loco, vel quomodo, & huiusmodi: sicut faciunt quidam, qui  
potius sunt Contaminatores, quam Confessores. Vide Faci-  
prec. Eccl. 2. lib. 4. cap. 2. num. 8. Homobon. in exam. Eccl.  
p. 1. tract. 4. cap. 12. quest. 11. de Lugo disput. 16. de penit.  
sect. 14. num. 595.

## §. V. Bestialitas.

1. In Methodo conf. lib. 2. cap. 7. §. 104. n. 78. sic habes:  
Bestialitas est concubitus cum re animata, non ejus-  
dem speciei cum homine. Ita S. Thom. 2. 2. quest. 52. art.  
1. Huc reducitur concubitus cum demone; quia adhuc  
ille non est ejusdem cum homine speciei, etiam si assumat  
formam hominis. In hoc crimine non necessariò expli-  
candum genus animalis, sive sit equus, sive sit equa, sive  
ovis, sive gallina: semper est enim eadem in specie mor-  
talis deformitas. Ita Filliuc. tract. 30. cap. 8. num. 161. at si  
sit concubitus cum demone, debet id explicari. Ita  
idem ibid. num. 162. quia superadditur peccatum contra  
Religionem, id est commercium cum Dei, nostrumque  
omnium nequissimo inimico.

2. Nota insuper exprimi in Confessione oportere,  
an glemon fuerit sub forma feminae, vel viri, vel sub  
forma talis Conjugati, vel talis Monialis professa, &c.  
Ita ibid. Ratio est, quia tunc, praeter bestialitatem additur  
affectus ad talem.

## §. VI. Additio.

1. Penae Sodomitarum legi possunt apud Doctores,  
quae omnes requirunt sententiam a iudicis. Lege  
Azor. p. 3. l. 3. c. 19. Petr. Matthaeum, super Bull. Pij V. 27.  
quae incipit: Horrendum illud scelus, quae est contra Cleri-  
cos exercetes Sodomiam, Nau. c. 27. n. 247. Solum dubitari  
posse de Excommunicatione in Clericum sodomitam;  
sed nec est lata sententia, ut patet ex c. Clerici de excessib.  
Prelat. Quoad invaliditatem testamenti Sodomitarum;  
lege Menoch. de Arbitr. l. 2. cent. 3. casu. 286.

2. Ex copula nefanda non oriri affinitatem, ex San-  
chez lib. 7. matrim. disput. 64. num. 13. & 14. sufficere tamen  
ad divortium: ex eodem lib. 10. matrim. disput. 4. à nu-  
mero 2. S. Thom. in 4. distinct. 31. quest. unic. art. 1. ad 4.  
jam nunc communis est doctrina, apud Doctores fusiùs  
legenda.

3. Quoniam



3. Quoniam, ut modò innui, reservatio cum sit odiosa, restringi debet in casu nostro ad sodomiam, & de qua- que certum. Quæstio celebris est: An reservata in aliqua Dicece si sodomia, absolute intelligatur de agente solum, & quidem, ut modò dictum est §. 3. num. 3. nisi semina- tione intra vas præpositum, hæc enim est indequa- que certa sodomia; vel etiam de patiente, qui certe sodomita etiam solet appellari? De utroque intelligi propter ra- tionem dictam probabilis est: sed intelligi solum (nisi aliud in reservatione addatur) de agente, non possum non putare probabile. Ut tenet Graphius *pr. p. casuum reserv. lib. 1. cap. 11. num. 7. 8. & 25.* Ratio est non multò antè dicta, quia certa, & propria sodomia, ad quam so- lam debet se extendere reservatio, quæ ex omni con- sensu est odiosa, & restringenda solum est illa, per quam seminat in vase præposito masculi, id quod certè non fit à patiente. Adde in lute magis puniri agentem, quàm patientem, & merito; quia gravius ille peccat, quàm hic, ex Divo Antonino in *sum. p. 3. titulo 17. §. 4.* ergo non est mirum, si nos censuimus reservationem cadere in illud peccatum, quod est gravius.

4. Dian. *p. 3. tr. 4. ref. 159. & p. 6. tr. 6. ref. 36.* qui in uno loco tenet, esse probabile sodomiam agentis, & pa- tientis (sæpe eandem speciem, unde non esse speciatim in Confessione explicandam; debet affirmare eam esse pari modo reservatam; & tamen propendet non esse, *p. 2. tr. 17. Miscellan. ref. 64.* vide etiam *p. 7. tr. 11. ref. 13.* ubi multa de reservatione huius peccati. At verò ego, qui cum de Lugo constanter docui paulò antè §. 3. num. 7. esse diver- sas (Agens enim per se prodigit semen, quod non pro- digit patiens) multò consequentiùs probabile iudico, re- servationem sodomie absolute positam, solum esse con- tra sodomiam certam, & principalem, qualis sola est so- domia agentis.

5. Sodomiam imperfectam non intelligi reservatam, ubi sodomia absolute reservata est, jam dixi §. 3. n. 4. cum Graphio, & nunc confirmo cum Bonacina de *matr. quæst. 4. p. 11. num. 5.*

6. Reservatà sodomiam intelligi reservatam bestialita- tem, aliqui affirmant: Sed verius negat idem Bonacina: quem, si est otium, lege.

## CAPVT VIII.

§ I. De Impudicitia, hoc est, de Actibus, Aspectibus, similibusque actibus impudicis inter Solutos.

Ubi obiter de parvitate materia in re venerea.

1. De his pauca dixi in *Methodo Conf. 1. 2. cap. 7. §. 2.* ubi in Edition. Panormitana 1649. quæ est in- nium amplissima, citantur alia loca, & potius ut aperi- rem, quia ratione sint in Confessione deferenda, quàm ut eorum naturam explicarem: quare in præsentia id ube- rius erit agendum. Loquimur autem de actionibus ex ternis inter solutos, & sine periculo pollutionis; nam inter Coniuges, vel Sponfos, vel quando subest pericu- lum pollutionis, dictum est satis *sup. cap. 3. §. 5. a. n. 42.* de internis verò desiderijs, & cogitationibus morosis, dicam *lib. 10.*

2. Tanquam fundamentum pernecessarium eorum quæ hic proferenda sunt, præmitto: in prædictis, v. g. in tactu manus Mulieris, tria genera delectationum juveni- ri: Primam, naturalem; Secundam, libidinofam, quam Veneream appellamus; Tertiam, non libidinofam.

3. Naturalem delectationem voco eam, quæ oritur ex naturalium qualitatum proportionem. Sic delectatur manus quando excedit in calore, delectatur tangere ma- num frigidam, & è contra. Si quis ergo tangat manu mulieris, & sine alia ulteriore intentione delectetur

de sola mollitie, & solo calore, de solo frigore, & se nullius erit peccati reus: licet enim difficile sit, ut in his terminis, tamen aliquando contingit, ut quando manibus calidis sue filie Patris delectatio proprias calefaciat, vel quando pueri ab omni impudicitia te alieni, se invicem jocando contristant, vel delectatione que, &c.

Huc reduco moralem (sic juvat appellare) delectationem, quæ interdum ex his captatur, quæque porio aptas mentis est, & gaudium, quàm affectio appetitus sensitivi. Talis est casta delectatio, quàm quis sumit ex osculo more Patriæ, vel honesto tactu manus, quando hi- betur causa castæ amicitie: tunc enim amicus, honesti amici pars superior sibi complacet de morali, honesta delectatione, nihil de sensitiva delectatione.

4. Libidinofa, vel venerea est, quæ oritur ex ex- la, pollutione, distillatione, vel ex cogitatione ipsarum item quæ oritur ex commotione partium corporis, & spirituum interventium generationi, quàm appetitus sensitivi maxime percipit. Venerea autem appellatur quia est ordinata ad generationem, cui Veneream præ- antiquitas præficebat.

Si quis ergo in his extra Matrimonium delecta- peccare mortaliter, est hominibus manifestum; nec in his dari parvitate, dicitur *mor. num. 8.*

Non libidinofa est illa delectatio, quæ sumitur aliquibus actionibus, quæ licet ordinata sunt aliquando ad generationem, aliquando tamen non sunt; & tunc ut non ordinata, suam parant propriam delectationem, qua ratione possent dici remore, non verò præ ad generationem ordinari, v. g. tactum femine mem- certum est posse referri ad se preparandum ad copiam potest non referri, & nihilominus tunc ille tactus par ex se in agente suam delectationem, non quidem illam naturalem ex proportionem qualitatum, de qua sed aliam propriam judicalem talis tactus urget ad mulierem, sine illa proposita intentione libidinis. Cuius enim differt individualiter licita delectatio, quæ visione, & odore purpureæ Rosæ sentis, ab ea, quæ sentis ab albo lilio; sic differt delectatio pudica, quæ capis à mera proportionata pulchritudine vultus mulieris, ea, quàm castè item sumis à quacunque pulchritudine, v. g. floridi Campi, exquisitæ Ar- recturæ, frondentis arboris, & consuecuntque alia qualitatibus, naturaliter tibi, tuisque oculis proportionem. Quare hæc non libidinofa delectatio, licet inter mo- rales computari possit; tamen claritatis gratiâ est, no- mino distinguenda: nam de hoc maxime queritur: An & quid peccatum sit, eam voluntariè suscipere? In quo:

6. Statuamus hanc universalem regulam, tres ben- dentem partes: Omnes actus, v. g. aspectus, tactus, cu- curio mulieris, si solum delectationem naturalem as- rant, & ex alia parte ob illam solum assumantur, ex illo peccato assumuntur; imò interdum ex merito, quia illa delectatio ordinatur ex se ad bonum finem, non se inhonesta est. Rursus, idem actus si pariant delecta- tionem veneream, vel assumantur propter illam; tunc peccato mortali extra matrimonium assumuntur, quia extra illud prohibiti sunt. Denique idem si pariant illa delectationem non libidinofam, & quæ delectatio assu- tur quidem, sed non ad ullam libidinem veneream; solum cum peccato veniali assumetur. Cujus ultimæ partis ro- tio (nam aliæ probatione non indigent) est, quia ex una parte non habemus, unde, ut sic, sub mortali probi- bita sit; si enim esset prohibita, inde esset, quia ad gene- rationem, quæ sit illicita, refertur; at probatum est ex se non referri: ergo, &c. & ex alia parte deordina- tio nonnulla est, atque ad venialis, his vii actibus pu- meram delectationem, licet levem; unde vides, ex tactus, v. g. honestæ partis ex se non sit mortalis, sed verò tactus partis inhonestæ inter solutos. Ratio enim est, quia honestæ partis tactus delectationem ex se pa- rit, vel naturalem, vel non libidinofam, declaratas in